



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Petri Canisii De Societate Iesv

Rader, Matthäus

Monachii, 1614

XI. Forma Corporis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](#)

206 DE VITA P. CANISII
MONUMENTVM
VENERANDI PATRIS
NOSTRI
PETRI CANISII
SOC. IESV
THEOLOGI.

NN. NIC. ROCH. GEORG. PET.
FRATRES A DIESBACH
POSS. M. D. XC. VII.

FORMA CORPORIS ET
FIGVRA.

CAPVT XI.

Quamuis in frōte libri ex descrip-
ta imagine formam Canisij ex-
presserimus, iuuat tamen eandē hic
calamo quasi suis depictam colorib⁹
illustrare. Statura fuit ex mediocri
magis ad procerā accedente, vultu
semper ad modestam & religiosam
grauit-

grauitatem composito, acie oculo-
rum acri, & infinita lectione nunquā
hebetata; quamuis lœuus nota ma-
culosus esset, fronte porrecta & ob-
longa, coma quam alebat, nigricāte,
& canis etiam in vltima senecta ad-
modum raris aspersa. Sermone vte-
batur leni, lentoq; & benigno, vehe-
mentitamē & acri in delinquentes.
Habitus gestusq; corporis optimē re-
spondebat religiosæ & promissæ ve-
sti. Memoria vnico doctrinæ the-
sauro, viguit adeo felici & fideli, vt
non facile cam vel auctorum copia
obrueret, vel rerum cognitarum le-
tarumque varietas confunderet.
Cum primis mensibus ab aduentu
Sebastiani Veronij vietu tectoq; que
vteretur, rogatus ab eodem locum è
D. Basilio quē Veronius meminerat,
nec inuestigando reprēdere poterat,
illicò citravllū aliud memorię admi-
niculum indigetauit, libro simul &
capite, quo de re quæsita agebatur,

ex-

expresso. Mirari possis & gratularis
hanc illi felicitatem , cum inter tot
negociorum tam diuersorum cau-
fas illa non est labefactata , quando
simul prouinciam Sociorum procu-
rauit , simul pro suggestu populo le-
gem Christi explicauit , simul tot &
tam magna volumina cōdidit . Nem-
pe munerum cælestium & diuinorū
auctor D E V S , pro tanta sapientia,
qua pecc^t eius inundarat , etiam am-
plum pro tanto thesauro receptacu-
lum assignauit , ex quo velut ex per-
enni fonte häuriret , quod diceret ,
scriberet , cogitaret , acti-
taret .

F I N I S

L I B R I S E C V N D I .

LIBER